Vel post datas sibi ad deliberandum[a] inducias, respondeat. A. 45. dist. 4.

II Exceptione[b] & Iure suo probato, similiter uti Actor, judici sese submittat: quia ambo aequalis debent esse conditionis: & cum contrariorum eadem sit Iuris dispositio, eadem disciplina[c], non debet reo licere, quod actori licitum non est:[d] & e contra. A. 44. dist. 3.

Iure co[mmuni] duplex est Reg[ula]: aut necessarius, qui ex certa obligatione pro se in jus deductus & accusatus: Aut voluntarius qui non pro se sed pro suo interesse, vel reipubl. emolumento sese judicio immiscet. Abb. Felin. & Innoc. in c. cum inter. de except.

Has tres personas, de quib. nunc diximus, in judicijs intervenire[e], est de illorum essentia. Vide jus Prag. B. 87. dist. 2.

Quod vero & aliae personae, ut sunt testes, auditores, advocati, procuratores, & id genus, in judicijs multoties existunt, id non est de judiciorum substantiali esse, sed quandoque necessitatem, quandoque utilitatem partium gerunt.

a. c. inducia. § offeratur. 3. q. 3.

b. Nam excipiendo reus fit actor, & exceptionem suam probare tenetur. l. in exceptionib. ff. de probat.

c. Vel. cum inter in § 1. Inst. de his q[ui] sunt sui vel al. jur.

d. l. non debet. ff. de R. J.

e. Quia ubi non est judex, ibi nec judicium c. sicut sine. c. si per verso. c. 2. q. 1. Abbas in c. 1. in 6 notab. & Joh. Andr. in Novel. ext. de probat.